(Juramentum vicedompni.) — Eadem die, nobilis et potens Nycodus de Monteforti [3], vicedompnus Gebenn., presentavit licteras sue constitutionis, emanatas ab illustrissimo domino duce, datas Annessiaci, die vigesima tercia mensis septembris nuper lapsi, et sigillo suo sigillatas, et per egregium Vulliet signatas; et inde prestitit juramentum de observandis franchesiis, quarum primum capitulum fuit sibi perlectum [4].

[1] Matellinus de Ruppe in Francia, parrochie beate Marie Magdalenes, pro viij ff. » (Ms. 70, fol. 33 v°). — « Parrochie sancti Gervasii suburbii civitatis hujus Gebenn., » selon sa lettre de bourgeoisie (portef. VI), qui porte au dos cette note du temps : « Est quidem *(sic)* qui est captus a Monmillian. »

[2] Thomas de Bernicio, de Vigone en Piémont, marchand drapier et mercier, reçu B. G. le 15 novembre 1471, avait épousé, par contrat du 9 dit, Louise, fille de feu Jean Roux, *alias* Noblet. (Voy. six actes du même jour, 9 novembre, dans les minutes de Jean Novel, notaire, vol. I, fol. 93-107.)

[3] *Lisez :* de Belloforti. Voy. p. 305, n. 3.

[4] « Item libravit pro malvesia bibita, ij quarteronis et dymidio poto, in Domo ville, incluso pane, quando dominus Sallagine vicedompnus prestitit juramentum, ff. ij, ss. viij, den. vj. » (Tr. 3, fol. 148 v°.)

Johannes Gauterii, vigil, peciit se eximi ab officio vigillum, qui fuit demissus, et in suum locum restauratus Andreas Manget.

De domino Coudree, qui iterum enpullavit *(sic)* negocium occasione bosseti vini, quem peciit restitui et se eximi a solucione introgii vini, vigore certorum jurium jam pridem per eum productorum, fuit conclusum [quod] accip[i]at ipse dominus Coudree duos doctores et civitas totidem, et visis juribus, stetur eorum pronunciacioni, eis concordantibus et ad formam juris.

De hospitibus, allocantur firmarii, et si velint dare peccunias et satisfacere aut cum eis concordare, quod reverberentur ex firmis duo scuta, loco interesse.

(De Baudi et Plonjon.) — De Plonjon, de Balli, quia se humilliavere et obtulerunt facere quod debebunt, fuit conclusum quod privatio revocetur, quatenus ad id interveniat conclusio consilii quinquagenarii, quod petatur. Et interim possint apperire eorum buticas.

De domino officiali, remictitur ad Veneris.

Veneris xxiij decembris. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli ; — Orsieres, Versonex, Cartellier, Bovier, Dadaz, de Ponte, Joly, Megex, [de] Sancto Michaele, Fonte, Burdignin, Leta, Nergua, Magistri, Pichon, Rosseti, Veteris.

(Burgenses.) — Anthonius filius quondam Thomassini Lanchemant, excofferius, de Lanyouz, nunc parrochie Magdalenes [1].

Franciscus Bernardi, parrochie Sancti Leodegarii, excofferius.

Guilliermus filius quondam Petri Charlot, de Animassia, condurerius, parrochie Sancte Crucis [2].

Jacobus filius quondam Glaudii de Calce, de Charlier, excofferius [3], parrochie Sancte Crucis.

(153) *(Burgenses.)* — Franciscus filius quondam Extranei Golliet, de Groysier in Bornis, macellarius, parrochie Magdalenes.

[1] Au verso de la lettre de bourgeoisie (portef. VI), cette note : « Vacat et nulli sunt heredes. » — « Lanyouz » est certainement Lagnieu (Ain), et non l'Anjou comme l'a supposé A.-L. Covelle (p. 538).

[2] « Moratur Animassiez. » (Note au verso de la lettre de bourgeoisie, portef. VI.)

[3] Lettre de bourgeoisie (portef. VI) : « de Charlier, parrochie de Andillier, suctor. » Au verso, cette note : « Vacat. Comedit totum suum bonum. »

Petrus de Montatis, fromagerius, filius quondam Petri de Montatis, de Fleyrier, parrochie Sancte Crucis [1].

Bartholomeus filius quondam Johannis Bramerelli, excofferius, parrochie beate Marie Nove [2].

De ponte Rodagni, instentur apud dominum vicarium et consilium episcopale ut reparetur ipse pons, et, si scandallum veniat, non possit eis improperari nec dampnum communitati inferri.

(*Cride ut omnes habentes parcellas venia[n]t ad auditores computorum tribus diebus statutis,* etc.) — Fiant cride voce tube quod omnes habentes parcellas, et eciam qui ministrarunt exsculenta et victualia, veniant coram dominis auditoribus computorum in Domo civitatis, diebus Mercuri, Jovis et Veneris, alias non audientur [3].

De Balli et Plonjon, gaudeant franchesia et exerceant mercancias usque ad consilium quinquagenarium de proximo tenendum, in quo exponantur dicta et conclusa in precedenti consilio.

(De domino officiali.) — Alloquatur r. d. officialis et illi fiant recomandaciones opportune negociorum civitatis, et fiet sibi servicium sic quod contentabitur, quamprimum civitatis erit facultatis.

De arreragiis, videantur illa et refferant domini auditores, et secundum eorum relata, concludatur in illis.

De rotulo de Monte, hanc [4] ad octo dies concludatur que super illo fienda erunt.

(Consilium extraordinarium.) — Jovis xxix decembris. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Versonex, Dadaz, Gay, Megex, Bovier, de Ponte, Nergua, Fonte, Pichon, Donzelli, Leta, Magistri, Curt, Frojon, Jo. Bernardi.

Sermone facto de scandallo evento illu. domino comiti hiis novissime decursis [diebus], quia omnes circumvicini eum visitaverunt, ex quo

[1] Note au verso de la lettre de bourgeoisie (portef. VI) : « Non moratur, sed moratur Fleyriez... »

[2] Chacune des sept réceptions qui précèdent fut faite pour le prix de 8 florins. (Mss. 70, 128, et les quatre lettres citées.)

[3] Le texte français de ces cries, signées par le vicaire général P. Gruet, se trouve dans le ms. 70, fol. 20. — Sur leur résultat, voy. plus loin p. 410, note.

[4] *Lisez :* hinc.

habet civitatem in singularem dilectionem, fuit conclusum quod nobilis P. de Versonex, Jo. Bovier et Lyonardus de Ponte vadant ad visitandum prelibatum illu. dominum comitem et apud illum faciant humiles recommandaciones, et si sint aliqua obsequia que communitas et civitas ei impendere possent, rutillanti vultu sunt parati illum obsequi; et similiter, pro ejus prosperitate et ut Deus illum preservare velit, petatur processiones apud dominos canonicos, et fiant cride more assueto.

(154) *Veneris xxx decembris.* — iiij^{or} sindici; — Orsieres, Megex, Curt, Dadaz, Gay, Versonex, Nergua, Fonte, Pichon, Leta, Frojon, Magistri.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Amedei Rubini, civis Bellicensis, ollerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis [1].

Fuerunt remissi rotuli Frojon et Petri Maniglerii ad Martis.

Fuit eciam remissum negocium hon. Guilliermi Danelli et Curt, quoad perdam factam in officio alarum propter impedimenta guerre et pestis, ad Martis.

M°. v^{c} xx°.

MUTACIO DE ANNO MILLESIMO QUINGENTESIMO XIX IN ANNUM MILLESIMUM V^{C} VICESIMUM.

Martis tercia januarii. — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Burdignin, Versonay, Montyon, Leta, Gay, Magistri, Frojon, Megex, Nerga, Pichon, Cartellier, Joly, Bovier, Curt, Fornerat.

De alis et perda illarum, remictitur ad consilium quinquagenarium.

Item petantur sindici remoti, Taccon, Hugonis et alii, ad reddendum computa.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Johannis Chapuysii, de Boegio, condurerius, parrochie Magdalenes [2].

(Burgensis.) — Heustacius Richardi, de Vertier, furbisserius, parrochie Sancti Gervasii [3].

[1] « Bellicensis dyocesis, pro viij ff. » (Ms. 70, fol. 33 v°). — La lettre de bourgeoisie (portef. VI) offre au verso cette note : « Habet unam similem de anno 1520. »

[2] Prix : 8 flor. (Mss. 70 et 128.)

[3] Même prix. *(Ibid.)*

(De Lec.) — De Georgio Let, maneat consilio consilii quinquagenarii.

De larvis, fiat demonstracio regibus [quod] non portentur, eciam cride.

De detentis, vadant domini sindici cum consilio hora secunda ad Insulam.

De domibus infectis, Johannes Martini, vigil, et guydonus notiffi-cent domos infectas, et reperiantur quatuor mulieres que illas mundent sumptibus illorum quibus pertinent [1].

De Baudi et Mara, iterum petantur eadem hora secunda post meridiem.

De computo Nergua, fiat detractio sallariorum vigillum.

(155) *Jovis*, loco Veneris, propter Epiphaniam, celebratum consilium ordinarium in domo sive stupha Fratrum Minorum, *quinta januarii*. — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Burdignin, Versonex, Lunes, Leta, Gay, Magistri, Frojon, Megex, Nergua, Ramelli, Pichon, Cartellier, Joly, Bovyer, de Ponte, Dadaz, Montion, Curt, Fornerat.

Fuit ibidem loquutum de secretariis novis vicedompnatus, et in illo conclusum quod fiant remonstrationes novo vicedompno quod Jolyti est castellanus Galliardi, et Buctini procurator fiscalis Galliardi, et sic non debent admicti in eodem officio vicedompnatus, cum talia officia repugnant ipsi officio vicedompnatus.

Quoad alia negocia, scilicet rotulos et computa, vocetur consilium quinquagenarium, et omnia in illo exponentur occurrentia et negocia civitatis.

Martis decima januarii. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Montion, Versonay, Lunes, de Ponte, Bovier, Nergua, Fonte, Pichon, Donzelli, Leta, Rosseti, Frojonis, Magistri.

[1] Une liste (P. H., n° 920), sans date, mais se rapportant très probablement à cette époque, ou à l'année 1519 (cf. p. 377, 390, 411) des « mayson[s], » — ou plutôt des familles, — infectées de la peste, « tant en la ville que es fourbor, » en énumère 121, pour les paroisses de la Madeleine (41), de Saint-Victor (3), de Saint-Léger (11), de Sainte-Croix (5), de Saint-Germain (15) et de Saint-Gervais (46).

(Burgensis.) — Anthonius filius quondam Martini du Golioz[1], de villa Challant, Augustensis dyocesis, mercerius, habitator Sancti Gervasii et parrochie ejusdem, fuit admissus in burgensem mediantibus quatuor scutis solis[2]. — *(Levatum.)*

(Burgensis.) — Nycolaus filius quondam Petri Meoz, de Privissino, fuit admissus in burgensem mediantibus octo florenis[3].

Vadant domini auditores computorum ad thesaurarium hodie, sumpto prandio, pro computis ipsius et libratis.

Fiant remonstraciones secretariis vicedompnatus quod observent franchesias.

(156) Fiat mandatum Nycodo de Villario, de intretis solucionum per eum factis, non evento termino solucionis, prout in rotulo[4].

De aliis rotulis, remictuntur ad consilium quinquagenarium.

Nichil percipiatur de introgio vini a victicola Johannis Ludovici Ramelli.

Fiant testimoniales de paratis obedire mandatis Andree de Cabana super indulgentia sua.

Veneris xiij januarii. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Burdignin, Montyon, Versonex, Curt, Fabri, Joly, Bovier, Gay, de Ponte, Nergua, Fonte, Pichon, Leta, Magistri, Frojon, (Joly,) Lunes, Megex, [de] Sancto Michaele, Jo. Bernardi, Rosseti.

Fiat mandatum ultra aliud de decem florenis ad causam forrerie nuper facto[5], dum illustrissimus dominus dux venit ad hanc civitatem.

De decellatione consilii, petantur Buctini et Jolyti, et cum juramento dicant quis eis dixit quod conquerentur de eis apud dominum vicedompnum, ut tollerentur ab eodem officio.

De de Pane, fiat mandatum de libretis de de Mara. Reddat computum particulariter, eciam ceteri qui non reddiderunt, scilicet Beczansonus

[1] « Anthonius Golliouz » dans le ms. 70, fol. 34.

[2] Les mss. 70 (fol. 34) et 128 (fol. 64) indiquent le prix de 8 florins.

[3] Au verso de la lettre de bourgeoisie (portef. VI), cette note : Mortuus, vacat.

[4] Mandat de 304 flor. 7 s., 20 janvier. (*Comptes de la Communauté*, n° 21, fol. 23, article 23.)

[5] *Lisez :* factum.

Hugoz et alii[1]; et omnia communicentur consilio quinquagenario, quod hodie vocetur, et cui omnia retro gesta concernentia rebell[i]ones et privatos burgensie communicentur.

De verbis per Stephanum de Mara prolatis minatoriis et de ejus inobedientia, vadant domini sindici ad dominum vicarium et consilium episcopale et illis enarrent; et, si opus fuerit, de omnibus informetur illu. et reverendissimus dominus noster episcopus, cui omnia per ordinem rescribantur.

(Constitutio.) — Prefati nobiles sindici constituunt et substituunt egregium Anthonium de Fonte procuratorem civitatis quoad causas, sub sallario assueto, et prosequatur idem Fonte arreragia firmarum; et ad id ipsum specialiter constituunt et substituunt.

Consilium L. — *Eadem die*, hora vesperorum, fuit celebratum consilium quinquagenarium. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli; — Burdignin, Nergua, de Ponte, Fonte, Megex, Pichon, (157) Leta, Porta, Ny. de Villario, Philippus Regis, Peronetus Joly, Ny. Gentilis, Jo. Sept, Grassier, Jo. Nycodi, Jo. Lullini, Magistri, Julliardi, Frojon, Macheret, Pensabini, Migerandi, Savoex, de Ulmo, Andreas Girardi, Suchardi, G. Pactry, Fr. Testuti, Poterel, Rosseti, Jo. Bernardi, Jo. du Banc, G. Carra, Tho. Monachi, Ja. Servelli, Gigneti, Fosses, Ste. Bonevaux, Jo. Bovier, Curt.

(De rotulis.) — In hoc consilio fuerunt lecti articuli et pronunciacio facta per illustrissimum dominum ducem. Eciam fuerunt lecti rotuli libratarum et receptarum per Plonjon et Baudi, eciam rotulus libratarum factarum per Michaelem de Pane; et pariter fuit lectus rotulus

[1] Le 11 janvier 1520, les guets invitent Bezanson Hugues, François Goula, Jean Taccon, Jean Malbuisson, Louis Plonjon, Etienne de la Mare, Jean Baud et Guigue Prevost à comparaître devant les syndics pour rendre leurs comptes. Quelques-uns acceptent, et les autres s'excusent ou répondent d'une manière évasive. A la maison de ville, le lendemain, Goula et Malbuisson affirment n'avoir rien reçu du trésorier. De son côté, Etienne de la Mare déclare formellement qu'il n'obéira pas aux syndics, sur quoi des lettres testimoniales sont aussitôt dressées. Comme il allait se retirer, le syndic de Versonnex lui demande s'il persiste dans son refus. Il répond : « Non queratis nos, quia nos reperietis prius quam velletis. » (Ms. 170, fol. 28-29). — Ce sont les *verba minatoria* auxquels le R. C. va faire allusion.

mutuo concessarum civitati, et equidem vinorum et victualium[1]. Et fuit conclusum in eodem consilio quod talia computa ponantur ad

[1] Ms. 70, fol. 35 v°-82 : « S'ensuyvent ceulx qui ont presté pour poié les quatre mille escus ou soleil poyés à magniffiques signeurs messrs de Fribourg, à cause de l'appoientemant fait avec eulx par illustres et tres magniffiques signeurs messrs les ambessadeours des Ligues, à cause de la sortie qu'il[s] firent et decendirent jusques à Morge, et ceulx qui ont presté et livré blés, vins, et soubtenu despence, et livré pain, et qui ont cuyt pain, pour soubtenir les gens d'armes que tres illustre et nostre tres redoubté signeur monsr le duc fit venir en ceste cité à cause de la sortie dessudicte, et pour la proteccion de ceste cité et de ses païs, lesqueulx demorarent en ceste cité par l'espace de troys sepmainnes devant Pasques de l'am mille sinc cens et dix et neuf. Pour lesquelles choses reduyre en bonne sorte furent commys noz soubnommés monsr le sindique Fransoys de Leamont, aultremant dit Tallichet, egregie Anthoenne de Fonte, honorables Fransoys Cartellier, Jaques Ferjon et Michiel Nergue, pour ouyr et voier les demandes de ceulx qui ont livré argent, blés, vins et soubtenu aultres charges, lesqueulx avons ouy et veheues leurs demandes, avec lesqueulx avons arresté ainsi que s'ensuyt en ce present livre... »

De ce compte, signé le 1er juillet 1520 (fol. 78 v°) par les cinq commissaires, il résulte, après additions faites, que 97 personnes prêtèrent à la ville des sommes variant de 1 à 200 écus, en tout 2162 écus, soit 7747 fl. 2 s. (l'écu = 3 fl. 7 s.). Les prêts les plus élevés furent ceux de Jean-Louis Ramel, 200 écus; Pierre de Fernex le jeune, 150 écus; messrs du Chapitre, 140 écus; Pierre Cornaz, 114 écus; Gonin Favre, Mathieu Lucian (de l'argent de ses pupilles), Pierre de Fernex l'ancien, Jean Baud, chacun 100 écus; Perrin Peyrolier, 60 écus, etc. Citons aussi un Savoyard, Bertrand de Lucinge, seigneur dudit lieu, 50 écus, et le vidomne Aimé Conseil, 36 écus. En outre « messrs de Lucherne et une dame de Alemagne » avancèrent 2400 écus, au moyen de la vente que leur firent « messrs de Geneve » d'une « cense annuelle » de 120 écus.

D'autre part, 236 personnes (dont 25 figurent parmi les prêteurs) présentèrent et firent admettre des « parcelles, » au montant total de 5210 fl. 8 s. 3 d., pour fourniture de blé, pain, vin et « despence faicte par les gens d'armes. »

Le compte donne tous les noms de famille en français, ce qui permet de retraduire les formes latines du R. C.

Dans les troupes savoyardes, il mentionne la « bande » de M. de Coudrée, celle de M. de Buffavent, celle de M. de Montrotier, les bandes de Chablais, de Vevey, de Monthey.

Annecy eut à fournir 50 *armigeri :* chacun d'eux reçut de cette ville 50 sous genevois, et du comte Philippe, un écu d'or. — François de Myozinge [Miossinge], poète et chroniqueur [*indiciarius;* cf. Fréd. Godefroy, *Dict.*, au mot *indiciaire*], † 1540, — auquel une notice a été consacrée par M. J. Désormaux (*Revue savoisienne*, 1919, p. 79-88, 129-148), — faisait partie de ce détachement. Comme la dernière mention qu'on ait de lui est du 5 mars 1538, nous noterons ici qu'il figure en qualité de témoin, avec les graphies *de Moysingio. indissiarius Sabaudie,* dans deux actes du 21 avril 1540,

mundum, nec transgrediatur contenta in cappitulis, sed illa punctim observentur. Et videat consilium ordinarium si librate per ipsos de Mara, Plonjon, Balli et alios juste sint, et ea que fuerint intranda intrentur, eciam non intranda non intrentur; et compellantur hii qui comperientur fecisse libratas non factas ad utilitatem civitatis ad restituendum plus debito exposita, et omnia que gesta fuerint communicentur iterum eidem consilio quinquagenario et, quatenus fuerit opus, consilio generali, et similiter fiat de rotulo Capitis Nigri.

Item fuit conclusum quod hii qui ministraverunt victualia aciei illustrissimi domini ducis non habentes parcellas vocentur, et tales habeant prestare sollempnia juramenta de petendo dumtaxat que juste libraverunt; pro quibus juramentis dandis, deputantur e. Frojon, Fonte, Nergua et Johannes Bernardi, qui eadem juramenta defferent in presencia duorum nobilium sindicorum, habita prius licentia de recipiendo talia juramenta a reverendo domino vicario.

Ibidem fuit exposita perda facta in officio alarum per ipsos magistros alarum, et quod in Pascate et eciam in nundina augusti nulle fuerunt tente nundine, tam propter armigeros quam propter pestem epidimie, que perda fuit appunctuata fuisse facta per ipsum consilium et remissa, compensatio perde remissa ordinationi consilii ordinarii.

Quoad rehabilitationem borgesie Plonjon et Baudi, petantur, et quatenus reddiderunt bonum computum et requirant eandem privationem cassari [et] se rehabilitari, illa privatio cassetur et in borgesiam rehabilitentur, alias non.

De Stephano de Mara, compellatur ad reddendum [computum] communitati, et si sit inobediens, privetur burgencia et compellatur vigore licterarum domini nostri episcopi ad computa reddenda.

reçus à Annecy par les notaires François Mermier et Claude Pyu, actes qui sont conservés, aux Archives de Genève, dans les minutes de Claude Pyu, vol. II, fol. 10-17.

Guichenon, qui place par erreur en 1518 l'entrée du duc à Genève (*Hist. de la maison de Savoie*, 1660, p. 628), donne la répartition des troupes et de leurs chefs dans la ville : ce renseignement, dont il omet la source, proviendrait-il d'une « relation imprimée de l'époque, » citée par J.-B.-G. Galiffe (M. D. G., t. XI, p. 241) d'après les mss. de son père (vol. 116, fol. 156 v°; vol. 129, fol. 193 v°, 194), et que nous n'avons pu découvrir?

Martis xvij januarii. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Burdignin, Versonay, (158) Bovier, de Ponte, Megex, Gay, Fonte, Pichon, Jo. Bernardi, Donzelli, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti, Lunes.

De perda allarum, remictitur eis nundina Pasche, et illa de eorum firma detrahatur, et fiat mandatum ad hoc thesaurario.

De rotulis certorum vigillum, fiat mandatum quod eis solvantur voagia quando iverunt Thononium et Bonam, more solito; nichil eis solvatur quando iverunt quesiti per assertos sindicos sublatos; sed si velint, ipsi solvant asserti sindici eorum penam et laborem.

De rotulis de Pane [1] et Frojon [2], fiant eis mandata de solvendo.

De Bisancsono Hugonis, cujus parte fuit exhibita quedam asserta lictera missiva, in qua asserit ex juramento se non intraturum hanc Domum civitatis, et quod satis de bonis suis perdidit. Quia juramentum contra bonos mores fuit factum, eo non obstante, cum sit frivolum, compellatur ad reddendum computum, ut ceteri, et quatenus sit contumax, privetur a borgesia et petatur ad cras. Similiter compellatur Johannes Tacconis.

De nobili sindico Versonex et ejus rotulo [3], et pariter de sallario petito per Prepositi, remictuntur negocia ad primum consilium.

(De crida.) — De crida, detur sibi crida sub firma triginta ff. pro quolibet anno, de quibus detrahantur sive super illa intrentur quinque ff. pro tuba.

Ven[er]is xx^ma^ januarii. — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Versonay, Curt, Bovier, Megex, Gay, Pichon, Donzelli, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti, Jo. Bernardi.

Fiat mandatum Guilliermo Danelli super rotulo suo [4].

Fiat mandatum Guilliermo Curt de lx scutis auri cugni regis.

De mandato Prepositi, x ff., pro sallario suo anni lapsi, fiat.

Refferunt Andreas Manget et Glaudius de Cresto ad hodie peciisse

[1] Mandat de 163 fl. 2 s., 20 janvier. (*Comptes de la Communauté*, n° 22, fol. 28, art. 2.)

[2] Mandat de 7 fl. 3 s., 20 janvier. (*Ibid.*, art. 6.)

[3] Mandat de 46 fl. 11 s., 23 janvier. (*Ibid.*, n° 21, fol. 22 v°, art. 21.)

[4] Mandat de 336 fl. 4 s., 20 janvier, outre un précédent de 75 fl., 17 janvier. (*Ibid.*, fol. 23 v°, art. 34 et 29.)

Johannem Tacconis, ut veniret ad hanc Domum et redderet computum suum. Pro quo venit Glaudius de Planis, qui dixit quod erat missus parte dicti Johannis, et sibi dixit quod diceret nobilibus sindicis et dominis de consilio quod non poterat venire. Cui Glaudio dixerunt nobiles sindici, conclusione dicti consilii, quod eidem Johanni diceret quod veniret hinc ad Lune proximam, alioquin privaretur borgesia.

Auditores computorum habeant vacare hodie circa conclusionem computorum ; et petatur consilium quinquagenarium ad Dominico, ad horam meridiei, et petantur omnes qui sunt capita domorum qui reperiri poterunt, quod veniant ad ipsum consilium, audituri que eis exponentur.

Fiat laudimium Peronete filie Petri Disens, pro triginta solidis, more solito. Fiat eciam laudimium Nycodo de Villario, in quo includatur aliud Johannis de Bosco.

(159) Consilium celebratum in aula civitatis Gebenn. quinquagenarium, cum pluribus aliis ultra quinquagenarium petitis, *die Dominica,* post prandium, *vigesima secunda mensis januarii.* — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — s. d. G. Grossi, s. d. Jo. Ludovicus Blecheret, s. d. P. Fabri, d. Ludovicus de Greriis; — A. Versonex, Jo. Bovier, P. Gay, Ja. Frojon, P. Magistri, P. Tacconis, G. Curt, G. Megex, A. Fonte, P. de Leta, P. de Orseriis, F. de Lunes, A. Rosseti, P. de Fernex, Bernardus Beguini, G. condurerius, Jo. Bernardi, Jo. de Gerdili, Guy. Vuydat, Lambertus Cusini, Jo. de Ballon, Jullianus Ricouz, Tho. Monachi, Andreas Girardi, H. Bernardi, G. Pactry, Anthonius Verjon, G. Pictardi, Ludovicus de Nanto, Jo. Sept, P. Fabri, P. Grassier, Ludovicus de Bolo, Ludovicus Mistralis, Johannes Ballon, Guilliermus Ginodi, Christinus Tombeti, Aymo Medici, Jo. Bocardi, Jo. Mercerii, Andreas Nigri, G. Dupla, Philibertus Gallesii [1], P. de Archa, Ja. Beynardi, Franciscus Collongii, G. de Planis, Percivallus de Poste, Jo. Tes-

[1] Et non « Gallifii » comme l'a dit (avec la date du 22 juin, au lieu du 22 janvier) J.-B.-G. Galiffe (*Not. généal.*, t. II, 2e éd., p. 265, note, et 284), d'après les mss. de son père (vol. 18, p. 52; 38, p. 456). Comme aucun Philibert Galiffe n'existe à cette époque, le généalogiste a supposé que le prénom était une erreur du R. C., sans remarquer qu'au conseil général du 3 septembre 1519 (ci-dessus p. 361), J.-A. Galiffe avait, cette fois, correctement lu (vol. 18, p. 7) : « Philibertus Gallesii. »

tuti, G. servitor Thoreni, P. Joly borserius, Bigarus de Saxo, Robertus de Retro, P. Davaux, P. de Verneye, Ny. Mauricii, Ludovicus Prelaz, Andreas Blanchardi, Humbertus Neyreti, Ja. de Arpa, Michael Chavanodi, Michael de Prato, Jo. de Monte, P. Mathei, Jo. Perrothon, G. Furjodi, A. Chivilliardi, Roletus de Nanto, Humbertus Excofferii, G. Fiendaz, Jo. Migerandi, G. Savoex, Girardinus de Rippa, Matheus Carreii, Philippus Regis, G. Pensabini, Jo. de Pileo Rubeo, P. Navis, Boulet, P. Roleti, P. Bulli, Ja. Cardinalis, P. Gardet, Ny. Ruffi, Ludovicus Chavanelli, G. Marchiandi, Ja. basterius, Ma. Millaudi, F. Suchardi, Ste. Vollandi, Henricus de Insula, P. Lyoneti, Jo. Banderie, Philibertus marescallus, Robertus Peyrolerii, Jo. Chapuisii, Jacobus Comitis, Glaudius Dauxi, P. Chapuisii, Pero. Joly, Gi. Carra, Hen. de Ravorea, G. Bolli, Ay. Chevilliardi, G. Quibleti, F. de Fosses, Jo. de Cresto, Nycolaus Alliodi, Jo. Baumetes, P. Perreti, Jo. Panissodi, Jo. Nycodi, Phi. Matellon, P. Berteracti, A. Reynaudi, A. Tornerii, Jo. Quoquet, Comparet, L. Luppi, Jo. Gandodi, Humbertus Levracti, Ste. Arnaudi, Roletus patisserius, Ludovicus Suchardi, Mermetus de Ulmo, Aymo Julliardi, Monetus excoffirius, F. Testuti, Nycodus Cortagier, Jo. Fabri, Nycodus carpentator, A. de Strata, Ja. Navillii lathomus, Nycolaus Gigneti, G. Tarapelli, Jo. Lullini, Theveninus Lamberti, Oddetus Paquet.

Quia parte nobilium sindicorum fuit expositum sicuti Jo. Tacconis asserit se habere unum album sigillatum, et illud sibi fuisse traditum et signatum manu Porralis, tunc secretarii, de mandato sindicorum depositorum, quando ivit ad partes Alamanie et mandatus pro accipiendis in mutuum peccuniis, quatenus essent aliqui acquirendi amici dum tractabatur burgensia. Et ex quo fuit petitus pro suis computis reddendis, fecit dici per Glaudium de Planis quod si majus importunaretur, remicteret ipsum album sigillatum. Quod ipse et Porralis petantur ad Martis, et petatur per ipsos restitui, et rei geste sciscitari ab eis, ne civitas pro futuro dampnum reportaret; et contra eos emictantur protestationes opportune cum testibus.

Ibidem fuerunt communicata per auditores computorum et nobiles sindicos debita et onera ad que civitas astringatur et pariter certi rotuli expensarum frustratoriarum in quodam rotulo tradito per thesaurarium. Fuit conclusum quod tales expense non intrentur, nec alique alie particulares, nec eciam ille hospitis Capitis Nigri rotulus, (160) nisi

dumtaxat ille que fuerunt ordinate per illustrissimum dominum ducem, nec in aliquo excedatur eadem pronuntiatio.

Item fuit loquutum de modo habendi peccunias pro solvendo et suportando expensas, et fuit conclusum quod, ad fines ut omnes serviant et prebeant auxilium, quod domini sindici vadant ad dominos de cappitulo, et omnia onera exponant, ut velint consentire quod fiant gabelle super vino excreto, et omnes ecclesiastici et seculares solvent, et secundum responsa per ipsum cappitulum fienda, ordinet et disponat consilium ordinarium, secum vocato consilio quinquagenario, ante conclusionem.

Item serventur antea consuetudines quoad consilium quinquagenarium, nec vocetur consilium generale nisi prout antiquitus est observari solitum.

Item quod pro fiendis talliis, si que fiant, requirantur domini de capitulo ut eligant duos, et parte civitatis eligantur quatuor, qui habebunt probe taxare et moderare solvere debentes talliam; que soluciones intelligantur loco mutui, et tales peccunie reburseutur super gabella hiis qui exbursabunt.

Martis xxiiij januarii. — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Versonex, Curt, Bovier, Gay, Dadaz, Veteris, Montion, Nerga, Pichon, Leta, Magistri, Rosseti, Fonte, Frojon.

Fuit Johannes Tacconis per Trenchent et alios vigilles petitus ut veniret ad Domum civitatis, et compareret coram dominis sindicis et consilio ordinario. Actamen non venit, sed misit Glaudium de Planis, qui, nomine ipsius Johannis Tacconis, dixit quod dictus Johannes Tacconis refferret ipsis dominis sindicis et consilio quod idem Johannes Tacconis habeat ex juramento non venire nec (161) intrare hanc Domum civitatis; sed si ipsi domini sindici vellent ab ipso Johanne Tacconis via justicie petere, quod ipse Johannes Tacconis eis in justicia responderet. Dixitque idem de Planis quod dictus Tacconis habebat unum mandatum, manu Porralis signatum et sigillo civitatis sigillatum de precepto dominorum sindicorum, super quo poterit acomodare in loco Alamanie usque ad summam quadraginta scutorum [1]. Et ita idem Tacconis ipsum oneraverat dicere in hoc consilio.

[1] Faut-il peut-être lire 400 écus, et non 40?

Humbertus Trenchent exposuit quod, dum ultimo erant armigeri parte reverendissimi domini episcopi, venit unus numerus armigerorum qui voluerunt frangere Domum civitatis, quos, de precepto aliorum sindicorum, conduxit ad hospicium Sancti Appri; pro quorum pena solvit xxvj solidos, quos peciit restituit [1]. Fuit conclusum, ne aliqui traherent in consequentiam, quod fiat mandatum thesaurario quod solvat eidem Trenchent eosdem xxvj solidos, et causetur ex alia causa quam suprascripta [2].

De rotulis aliorum vigillum, quia opus erat ut ipsi vigilles servirent et facerent que precipiebant ipsi sindici, fuit conclusum quod fiat mandatum eisdem vigillibus de contentis in suis rotulis. Tamen expense quas fecerunt vigilles eundo eos quesitum, ut in eorum continetur rotulis, quod sindici ipsi solva[n]t expensas ipsorum, et deducantur super sallariis ipsorum.

De detentis, repetantur.

De domino vicedompno, vadant domini sindici ad dominum vicedompnum, et eum requirent quod observet franchesias ut promisit, et per suos secretarios [3] observari faciat.

De peccuniis reperiendis, vadant domini sindici ad dominos de cappitulo et exponant contenta in precedenti consilio.

De dicto blancho sigillato, vadant sindici ad dominum vicarium et consilium episcopale, et faciant vocari Taccon, et faciant querimoniam de eisdem [4] ad illud restituendum.

De nobili sindico Versonay, quoad voyagia per eum facta extra patriam Alamanie, fit mandatum ordinarium. De alio facto in Alamania, domini sindici graciose cum eo concordent, excepto quod de viagio Thononii nichil ei detur.

Jovis xxvj^ta januarii. — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Versonay, Lunes, Bovier, Megex, Gay, Veteris, Fonte, Leta, Magistri, Frojon, Pichon.

[1] *Lisez :* restitui.

[2] Le mandat est un peu plus élevé : 2 fl. 6 s. (*Comptes de la Communauté*, n° 21, fol. 22 v°, art. 20.)

[3] Joly et Butini (p. 407, 408).

[4] *Lisez :* eodem.

Sermone facto de barbitonsore detento, qui confessus fuit latrocinium unius auquetoni et unius paris caligarum, ascendentium ad su[m]mam xiiij ff., venditorum in loco Versoye, ut asseritur, pro vij (162) florenis, et apparet ille cui fuerant furto substracti, retrudatur in carcerem, et fuit oppinatum et conclusum quod fustigentur.

Veneris xxvij januarii. — Versonex, Leamon, Danelli; — Orsieres, Monthion, Curt, Gay, Versonay, Meges, Lunes, Nergua, Pichon, Fonte, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

Venit in consilio Colinus Chicant, eo quod fuit assignatus in Domo episcopali pro restis certarum firmarum, tam pro xxviij florenis ex resta, quam alia firma in qua habuit in socium honorabilem Guilliermum Curt [1], quia alias, relatu plurium et presertim thesau[ra]rii, illa summa xxviij florenorum est et fuit conclusa ad tantum, et jam fuit actenus, occasione illius firme de qua restant illi xxviij floreni, deductio [facta]; obliget se filius suus et detur sibi terminus congruus, alias compellatur. De residuo, in qua [2] est cum eo compar dictus de Leamon, pro qua [2] equidem fuit assignatus, dent illos debitores a quibus non potuerunt exigere. Et e[x]ple[a]tur in consilio ut provideatur et solvat, detractis detrahendis.

Equidem Anthonius Millaneys et dictus Gaudefrey, assertus tutor liberorum Johannis Rubini, qui pecierunt sibi dari terminum, eo quod ut supra per de Fonte compellantur, veniant Martis ad concordandum, alias compellantur.

De consilio quinquagenario, cum consilio quinquagenario, pro electione fienda, fiat rotulus quinquaginta petendorum arbitrio dominorum sindicorum.

De servitute domini Karoli Magni, visitetur ad hec locus per dominos sindicos, assistentibus dominis consilliariis ordinarii consilii.

De rotulo thesaurarii, calculetur et signet contrarolator, et inde fiat mandatum.

De rotulis vigillum fiat mandatum; tamen super stipendiis sindicorum remotorum, deduca[n]tur soluciones facte vigillibus qui illos iverunt quesitum.

[1] Voy. t. VII, p. 404 (mars 1514).
[2] *Lisez :* quo.

De Johanne Vallet, faciat caveri per ejus uxorem, alioquin expellatur, et neominus suspenditur ad Martis.

De illu. domino comite, qui est de proximo ad hanc civitatem venturus, vadant domini sindici cum habentibus equos, illos associantibus, ad obviam illius, et fiant per sindicos humilles recommendationes.

(163) *Sabbati xxviij januarii.* — Versonex, Leamon, Danelli; — Versonay, Gay, Lunes, Fonte, Pichon, Leta, Magistri.

De detento barbitonsore, feratur in eum sententia quod fustigetur et bampniatur.

Martis ultima januarii. — Versonay, Leamon, Danelli, Gay loco Fernex; — Orsieres, Fernex, Taccon, Montion, Lunes, Versonex, Curt, Nergua, Fonte, Pichon, Magistri, Frojon, Rosseti, Leta.

(Burgensis.) — Stephanus filius quondam Henrici de Cimisterio, de Pougnier supra Chanciacum, agulliaterius, parrochie Sancti Germani[1] Gebenn., fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff.

(Burgensis.) — Stephanus filius quondam Henrici Jolyti, borserius, parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus viij ff., traditis in duabus turturibus donandis illu. domino comiti.

Admodiatio officii cride hujus civitatis.

Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo, indicione octava, et die ultima mensis januarii, in mis notarii etc., personaliter constituti nobiles Petrus de Versonay, Franciscus de Leamon, Guilliermus Danelli, consindici Gebenn., et Petrus Gay, nomine nobilis Petri de Fernex, ex una, et Johannes Rubini, preco hujus civitatis; dicti vero nobiles sindici scientes etc., pro se et suis in eodem officio successoribus, admodiant Johanni Rubini, burgensi Gebenn., ibidem presenti etc., officium cride et mensuracionis bossetorum hujus civitatis Gebenn., cum honoribus et oneribus assuetis, et hoc spacio et per tempus trium annorum proximorum, die sexdecima mensis decembris incohatorum et simili die finiendorum, sub firma cujuslibet anni triginta florenorum p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos. Super qua firma eidem Johanni deducuntur et detrahuntur quinque floreni pro tuba, quia ipse,

[1] « Sancti Gervasii. » (Ms. 70, fol. 34.)

illis tribus annis, servire tenebitur civitati, mediantibus illa detract[i]one quinque florenorum annualium. Residuum vero solvi promictit more assueto et more denariorum fiscalium et terminis solitis. Et cavet per Stephanum Volandi, ejus parastrum, et magistrum Jacobum Brongine, quos promictit indempnes servare. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis, et presertim renunciant (164) fidejussores juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani etc. Actum in aula consilii episcopalis, presentibus supra nominatis. S. Biolesii.

De peccuniis recuperandis, fuit dictum quod, pro minori dampno, fiant tallie ad reperiendum peccunias loco mutui, et inde fiant gabelle vini pro uno solido pro quolibet sextario, et tribus solidis toto anno, tam excreto quam non excreto; et vadant domini sindici cras ad capitulum et communicent hujusmodi advisamentum et neccessitates, ut omnes contribuant.

Petatur consilium ad formam cappitulorum ad Veneris, et petantur ex aliis quinquaginta, ultra quinquagenarium petendum, totidem de advisando retro fluxi temporis ut bona unio fieri possit.

De domino comite, fiant cride quod omnes habentes equos se preparent et associent dominos sindicos, pro eundo ad obviam illu. domini comitis, cui benigniter fia[n]t recommendationes, et illi dentur ille due turture et quatuor amphore, tam malvatici quam mellicrati.

De thausaurario, faciat rotulorum [1] horum que peciit, et illum ministret Veneris vel Martis.

Item, celebretur missa, in hac Domo die Veneris, de Sancto Spiritu.

Chambet et Levrerii solvat.

Sindici vadant ad portum et ponant ordinem in nemore.

Plancham dedit supplicatione[m]. Non admictatur ulterius crida, sed habeatur advertancia super perda mercatorum in supplicatione quam dedit.

Mercuri prima februarii [2].

(Privatio Johannis Taconis borgesie.) — Retulerunt Humbertus Trenchent et Andreas Manget, vigilles hujus civitatis, insequendo verbale

[1] *Lisez :* rotulum.

[2] Les noms des assistants manquent.

preceptum sibi factum per nobiles sindicos, hodie apprehendisse et reperisse hon. Johannem Tacconis et sibi dixisse se habuisse in mandatis a prefatis nobilibus sindicis quod, ex quo non fuit obediens et recusavit venire ad Domum civitatis, quando fuit petitus ut veniret et computum suum redderet in manibus auditorum computorum, fuit ex deliberacione consilii quinquagenarii et ordinarii privatus burgensia, et eandem privationem sibi notifficasse, et eam et libertates ejusdem ac gaudenciam sibi prohibuisse; et ipsum Johannem Tacconis respondisse se non esse burgensem et infantem ville, et si sindici volebant ab eo quitquam petere, quod ab eo peterent via justicie, et eis in justicia responderet.

(165) (*Relatio privationis borgesie B[e]zansoni Hugonis.*) — Retulerunt ipse Humbertus Trenchent et Johannes Martini, vigilles, reperisse Beczansonum Hugonis et similem notificationem et deffensionem fecisse, sicut eam fecerunt ipse Trenchent et Andreas Manget Johanni Tacconis, de qua privatione et notifficacione peciit licteram testimonialem ab egregio Roberto Vandelli; dixitque idem Besanczonus quod, de premissis notifficacione et privatione, appellabat ad reverendum dominum vicarium curie spiritualis Gebenn., et quod domini sindici nec consilium poterant ipsum sua privari [1] burgensia.

(*Consilium L, cum aliis L^ta^ sumptis, pro electione nobilium sindicorum.*) — *Veneris tercia mensis februarii,* fuit celebratum consilium ordinarium, cum quinquagenario et aliis quinquaginta petitis per nobiles sindicos, insequendo formam et tenorem ordinationis et capitulorum noviter editorum per illustrissimum dominum ducem Sabaudie, tanquam mediatorem ad hoc deputatum.

Versonnay, Leamon, Danelli, Gay loco Fernex; — s. d. G. Grossi, s. d. P. Fabri, n. Ludovicus Grieres; P. de Orseriis, P. de Fernex, Burdignin, Montion, S.-Michel, Jo. Goyet, Dadaz, P. Joly, Megex, Versonex, Curt, Nerga, Fonte, Pichon, Donzel, Magistri, Frojon, Sonnier, Berteracti, Millaneis, Humbertus Bernard, Jo. Testuti, Monachi, Servelli, Jaquier, Ste. de Villa, Jo. Panissodi, P. Rosset, A. Reynaudi, n. Jo. de Pesmes, Jo. Lullini, P. Millouz, de Ulmo, Ny. Gentilis, Frojonis, P. Villiet, Ja. Grissiney, Plantallex, Jo. Garcin, Hy. Richar-

[1] *Lisez :* privare.

deti, Jacobus Vulliodi, P. Mathei, P. Jacobi, An. Girardi, Ser. Servandi, Ste. Bonevaux, G. Pactry, G. Pilliodi, Anthonius Probi, Ste. Peccollat, Jo. Nycodi, Ballexert, P. Perret, Migerandi, Jullia. Bergerat, Ja. Comitis, Jo. Gallatini, Bernardus de Monte, Ny. de Villario, P. Regis, Jo. Collondaz, Peronetus Joly, Jo. Sept, Navis, Ludovicus de Mollari, Savoex, Percivallus Mercerii, Macheret, G. Servandi, P. Navillioz, G. Bochet, Aymo Juglardi, B. Boulet, B. de Bona, Geor. Lec, G. Bessonet, Jo. Gandodi, P. Neyret, Amblardus de Saxo, Monetus de Strata, F. de Fosses, Grassier, Gigneti, F. Suchardi, A. de Strata, Ste. Falqueti, Jo. de Planis, Reymondus de Ponte, Jo. Bernardi, F. de Lunes, s. d. Jo. Vincencii, Roletus Bonoz, P. Bugniet, G. Carra, Pensabini, [de] Pileo Rubeo, de Porta, F. Testuti, P. Gardet, Prepositi, Jo. de Arpa, Ludovicus Chavanelli, A. Tornier, A. Mallieti.

Ibidem omnes supradicti, audita missa Sancti Spiritus in aula anteriori Domus civitatis, juraverunt ad formam statutorum (166) editorum per prefatum illustrissimum dominum ducem de bene et probe eligendo, et prestito juramento, fuerunt electi octo subnominati, videlicet :

Prime majores voces.	n. P. de Versonay, P. de Fernex, Guilliermus Danelli, Leamon.	n. P. de Orseriis, Jo. Bovier, Ludovicus Montionis, A. de Fonte.	Secunde quatuor voces.

Ibidem fuerunt per ipsos nobiles sindicos exposite inobedientie Johannis Taccon et Beczansoni Hugonis et privaciones burgensie et illarum notiffications, quibus factis, fuit resolutum quod privaciones manerent ut facte fuerunt.

Pariter sunt lecti articuli punct[at]i[m] alta voce, qui iterum, tanquam bene ordinati et citra aliquod prejudicium franchesiarum, fuerunt approbati.

(167 v°) [1] *Dominico quinta februarii,* fuit congregatum generale consilium, de mane, hora assueta, ad sonum magni cimballi, precedentibus cridis cum tuba fieri solitis, in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., in quo astiterunt nobiles P. de Versonay, Franciscus de Leamon

[1] Les deux séances du conseil général, 5 et 6 février, sont placées dans le registre après celles du conseil des 7 et 8 février.

et Guilliermus Danelli, consindici dicte civitatis, ac eciam Petrus Gay, locumtenens nobilis P. de Fernex junioris. Et ibidem assistente magna populi multitudine, prefatus nobilis P. de Versonay exhibuit statuta et ordinationem factam per illu. dominum ducem Sabaudie velu[t] mediatorem, et propallavit quod, ad formam ipsorum cappitulorum, fuerunt in consilio civitatis, die Veneris nuper lapsa, ipsa capitulla perlecta in ipsa Domo civitatis et, ad formam ipsorum capitulorum, coram consilio ordinario et quinquagenario, junctis aliis quinquaginta saltem petitis ad formam ipsorum capitulorum, electio viij sindicorum [facta fuit], quatuor majorem partem et [quatuor] aliorum minorem partem vocum habentium, quam declarare voluit dummodo capitula observarentur. Qua proposita sic facta, Johannes Fabri, duo ejus filius[1], Stephanus de Mara, Johannes Malbosson, dominus Thomas Vandelli, Glaudius Richardet, (168) Jo. Darlo, Franciscus Gule, Johannes Tacconis et plures alii dixerunt se nolle eadem cappitula observare, et de facto voluerunt procedere ad novorum sindicorum electionem, sic quod, intellecto eodem tumultu per r. dominum vicarium et dominum officialem, accesserunt ad ipsum claustrum eciam nobilis et potens dominus Aulenove, cum domino de Candiaz, ibidem missi per illu. d. comitem, ut debatum et scandallum evictaretur; eciam intervenit n. et potens Nycodus de Belloforti, vicedompnus Gebenn., et audito tumultu, fuit interrupta ipsa creatio sindicorum, et ad crastinam diem de mane remissa, presentibus ibidem prefatis dominis vicario, officiali, et nobilibus jam dictis, egregio Francisco et Glaudio Troctier, Bernardo Boulet[2].

[1] *Lise*[7] *:* filii.

[2] En écrivant le 6 février à l'évêque, les syndics et conseillers lui racontent ce qui s'est passé au conseil général du 5, et ils ajoutent, aux dix « opposants » énumérés par le R. C., le frère de messire Thomas Vandel, Antoine Baptisard [= Sept] et son frère, Jean Philippe, Claude Savoye, Claude Baud, Henri Pollier, Barthélemy de Crosa. Ces citoyens « et pluseurs aultres de leurs adherens, » après avoir refusé d'accepter les « chappitres » de la sentence ducale du 1er septembre, demandèrent « lettre testimoniale, laquelle leur a concedé ledict Vandelli, et alors ont voulceu deputer ung secretere à leur playsir, ledict Vandelly, de sorte que par celluy jour a esté entrerompue ladicte election. Et si, par la grace de Dieu, ne heu esté en ladicte cité nostre redoubté seignieur monsr le conte [de Genevois], illec heu esté ung grand scandalle, le plus grand que james feutz esté en ladicte cité. Et ladicte dimenche, apres ladicte interruption, nous sumes addressés

Consilium generale. — Lune sexta mensis februarii, post festum Purificationis beate Marie virginis, de mane, fuit celebratum generale consilium, in claustro ecclesie cathedralis, ad sonum magne campane ejusdem ecclesie cathedralis et voce tube congregatum, pro creatione sindicorum. In quo subnominati interfuerunt :

Primo n. P. de Versonex, Franciscus de Leamon et Guilliermus Danelli, consindici; — s. d. G. Grossi, s. d. P. Fabri, n. Ludovicus de Greriis; Hugoninus de Burdignino, F. de Sancto Michaele, Ja. Frojonis, G. de Nanto, Jo. Franciscus Thuardi, Mermetus de Ulmo, Luquinus de Pane, G. de Rippa, P. Vylleti, Jo. Madardi, Guilliermus Ducis, Jaqueminus Puthodi, Franciscus Rosseti, P. Mathei, Ste. de Mara, Humbertus Bernardi, Anthonius Rosseti, Tho. Monachi, P. Navis, Ja. Clerici, P. Retallionis, Jo. de Nanto, Jo. Tacconis, Gallouz, Vuchardi cinturerius, burbisserius[1], A. Tornerii, G. Cohendet, G. Curt, Aymo

à monsr le vicaire, [à] vostre venerable conseil episcopal et à monsr de Messenyeu [= François Mareschal, baron de Meximieux, l'un des conseillers ducaux présents aux deux déclarations de Charles III, données à Genève le 9 avril 1519, ci-dessus p. 316, n. 2; sur lui, voy. Guichenon, *Hist. de Bresse et de Bugey*, 3e part., p. 237; A. de Foras, t. III, p. 342], lesqueulx de leurs grace[s] nous ont bien consolés et adressé[s]. » — Au conseil général du lendemain, le vicaire et l'official parlèrent d'excommunier et de mettre à l'amende ceux qui, sans avoir la qualité de « chief de meyson, » refuseraient de « vuyder ledict claustre... Et alors sont sortir pluseurs desdicts opposant, mesmement Jehan Phillipe et Glaude Richardet, » et aussi « monsr de Sellenove, monsr de Leschereyne, monsr de Candie, cart bien estoit de mectier, et audict consel sont desmeurés en gro[s] nombre de gens de bien et plus apperessan[t] de la cité, et alors a esté procedé à l'e[le]ction des syndiques. »

Au début de cette lettre, les syndics annoncent qu'ils ont privé de la bourgeoisie Jean Taccon et Bezanson Hugues, convoqués inutilement à plusieurs reprises « pour rendre compte des deniers qu'il[s] avoyent receu[s] de la ville. » Tous calculs faits, celle-ci reste endettée de 23000 florins « ou environ, qu'est une grosse charge et foulle de vostre cité, et sans nulle faulte sumes en grand soucys d'ycelle trouver, s'il n'estz pour le moyen de vous. » (Ms. 70, fol. 29 vo, 30.)

Le même jour, 6 février, les syndics et conseillers envoient aussi à Charles III une missive, où ils mentionnent brièvement la tentative de « aulcuns mutyns... que n'a pas esté sans gros troubles entre les assistens alors audict conseil, comment plus applain en rescrivons à... monsr de Geneve. » Ils recommandent au duc la ville et ses habitants, « commant en vous gistz et est nostre parfaite confiance et esperance. » (*Ibid.*, fol. 30 vo, 31.)

[1] *Lisez :* furbisserius. Son nom manque.

Bonaz, Ja. Servelli, Mermetus Mugnerii, Michael Brune, Nycolaus Gigneti, Michael Regis, Lu. Curteti, Jo. de Fosses, Ludovicus de Monte, Jo. Bernardi, Jo. Bauchet, Jo. Leveti, G. de Cresto, P. de Leta, Jo. Goyeti, Jo. Gandodi, P. Chapuisii, Jo. Hugonerii, Ste. Chapuisii, Nycodus Mistralis, P. Gardet, P. Millieti, Amedeus Gervasii, Jo. Balleti, H. Emonini, P. Joly, A. de Fonte, Mermetus Thevenodi, Jo. du Banc [1], Michael de Ponte, Aymo de Rodano, Ste. Falqueti, Borsacti, Jo. Frochet, A. Millanesii, F. Testuti, Jo. de Poste, Jo. Donzelli, P. Rogoz, P. Mareti, F. Suchardi, Hudricus Pilliodi, Michael de Pane, Jo. Chappelleti, Philippus Regis, P. de Fernex senior, Ste. Machereti, Jo. de Cresto, P. Rosseti, Andreas Michallon, P. de Orseriis, Dyonisius Dadaz, Aymo Jugliardi, Girardus Pollens, Nycodus Cortager, P. Serventis, G. Partrisii, Jo. Migerandi, Jo. Bernardi, P. Vindreti, G. Megex, Ny. Gentilis, G. Trocterii, F. de Lompnes, A. Probi, Jo. Mandrillionis, P. du Biolley junior, P. Jacobi, G. Verna, Jo. Nycodi, P. Beguini, Ja. Viviandi, Ja. Grissiney, Nantermetus Tissocti, G. de Porta, Ludovicus Picteti, P. de Casalibus, G. Pensabini, Henricus Panisseti, Andreas Girardi, F. de Vegio, Nycodus carpentator, Jo. Collondaz, Nycodus de Nanto, Ja. Rosselli, Philippus dyamanterius, Jo. de Hemetis, A. de Versonex, Lyonardus de Ponte, P. Jaquier, Amedeus de Strata, P. Fabri, Jo. Panissodi, Jo. Ricoucz, Jo. Le Mere, G. Bessonet, (169) Aymo Medici, Robertus Fore, Benedictus de Bona, P. Rolet, P. Magistri, Jo. Daussi, (P. Navis,) F. Millieti, Jo. Breysseti, Jo. de Planis, Ma. Lucian, Jo. de Pileo Rubeo, Michael Nergua, Michael de Calce, P. Berteracti, Jo. Gallatini, Percyvallus Mercerii, (Ja. Servelli,) Jo. Chasse, G. Pitardi.

